

Maria, atque ex hoc solo capite miraculose...

§. VII.

Utraque, JESU & MARIAE, Conceptio nova...

580 V Triusque Conceptionis, tam Dominicae...

Jerem. 31. 21. Maxime Novum Incarnationis mysterium.

S. Cyprian.

Nova femina Deipara, nova & insolita eius Conceptio.

S. Amade.

S. Ansel.

Creata anima Deipara nova & pura.

colere anima ejus spiritualement creationem, ac corporis, & anima copulationem.

582 Ecce qua ratione, Jeremiae vaticinium ad novam non Christi solum, sed Mariae quoque...

Deipara nova femina, nova Eva.

S. Maxi.

S. Athan.

Quis novum opus Mariae nunciet?

Servus nunciare novum opus non potest.

Quid sit in jure novum opus nunciandi.

Ulpian.

583 Quis igitur novum opus incuset? Quis novi operis nuntiationem opponat?

creanda libidine. Unde eodem Titulo l. 5. de Pupillo...

Quisquis Maria servus est, novum ejus opus promoveat.

Non ut servus, sed ut Quiritis novum hoc opus nuntietur.

Isai. 54. 14.

Arcenda ab hoc opere nuntiationis calumnia.

Duplex nuntiationis causa obtinetur ad averfus novum opus, sed dissolvitur.

584 Igitur, quisquis servus se Mariae, & Filii ejus agnoscit, novum potius promoveat...

585 At, si non qua servi, qua Romani quidem cives, imo nobiles Quiritis, Republicae zelatissimi...

586 Quanam vero nuntiationis causa potest ostendi? Duplex, opinor; & quod contra legem...

frons, alia propilaei coronamenta; neque enim ad rudes nostras ac luteas casulas...

587 Dices: Si domus servitute teneatur, & luminis, & stillicidii...

588 Responderetur ex Augustorum Caesarum rescripto in l. Alius 8. Col. de servitutibus & aqua...

S. Ansel. Regio Palatia Deiparam contulit...

Aliud oppoduplici jure tenetur, & luminis, & stillicidii...

Aula caelestis Mariana nullis teneatur servitutibus...

Noſtro lu-
mini non of-
fici Maria-
na aula ſu-
blimitas.
Pl. 18.
S. Epipha.
S. Bernar.

fastigium, utpote liberum, nullâ profus
servitute obligatum. Neque vereare, mi ho-
mo, ut tibi, tuovè lumini officiat Mariæ su-
blimitas; imò inde potius ex Solis justitia do-
mò divina tibi affulserit lux clarissima. Prop-
terea in Pl. 18. Solis dicitur Tabernaculum:
& Epiphanius Serm. de ejus laudibus Mariam
Sole dixit splendidiorē; lucis aeternæ cando-
rem. Bernardus verò immenso Solis lumine
amictam describit, Sermone in Signum ma-
gnum. Ubi vellus item compellat medium in-
ter rorem, & aream, cujus stillicidia magno
sint Ecclesiæ emolumento futura, non autem
tuæ casulæ nocumento. Rorem ardoris nostri,
eam nuncupavit Germanus Patriarc. Constan-
tinop. in ejus encomio; cujus scilicet roris
subsidio ardores humani mitigari possint. De-
nique Aqueductum divinae gratiæ multis ex-
tollit Bernardus in Serm. de ejus Nativitate.
Non igitur est, unde huic novo operi nun-
tiationo possit opponi; ut sic per novitatem
suam persimile omnino sit operi Dominicæ
Incarnationis novissimo, vel à suis funda-
mentis.

§. VIII.

Formatio & informatio corporis Mariani simi-
lis formationi & informationi corporis Do-
minici.

Conceptio
Christi mo-
mentanea.

589 **C**onveniunt sanctissimi Ecclesiæ Pro-
ceres, & scholastici Doctores, Con-
ceptionem Christi Domini momentaneam ex-
stitisse; ita ut non fuerit paulatim, & per
momenta formatum, ac deinde rationali ani-
mâ informatum (ut contingit in cæteris ho-
minibus) sed unico profus momento forma-
tum, ac delineatum, animâ rationali instru-
ctum, & summâ perfectione donatum, Spiri-
tus sancti virtute. Legendus noster Suarez
tom. 2. in 3. par. disput. 11. sect. 2. ubi so-
lidè id probat auctoritate, & ratione. Unde
evinct, veritatem hanc esse conclusionem
Theologicam omnino certam, quam negare
non solum temerarium, sed etiam erroneum
sit.

An momen-
tanea fuerit
etiam Ma-
riana Con-
ceptio.

590 Modò conflictus inter Theologos ex-
tat circa Mariani corporis formationem, &
informationem; an scilicet momento tempo-
ris fuerit formatum, & informatum; ut sic
ejus formatio, & informatio evaserit omni-
no similis formationi & informationi corporis
JESU. Atque in primis non pauci Theolo-
gi sunt, neque ignobilioris notæ qui arbi-
trantur, corpus Deiparæ naturali actione suc-
cessiva fuisse formatum, paulatim, & multi-
plici contextu absolutum. Fundamentum hu-
jus sententiæ illud esse potuit, quod nullam
eventendi naturalis ordinis rationem invenif-
sent, ob quam formatio virginis corporis,
præter naturæ leges, esset festinanda; neque
vellent nisi urgenti ratione adacti novum in-
duxisse miraculum, quod absque gravi neces-
sitate concedendum, solemne vetat Theolo-
gorum axioma.

Patri Jaco-
bi Granado
sententia
successivam
adfirmans
Deiparæ

591 Deinde alia est aliorum mens, quam
exprimit & sequitur P. Jacobus Granado, exi-
mius inter nostros Marianæ immunitatis Theo-
logus, in lib. singulari aureo gemmeoque de
immaculata Virginis Deigenitricis Mariæ Con-
ceptione Disput. 3. c. 1. sect. 2. Existimat
enim, octavo die Decembris universam Dei-

paræ conceptionem fuisse peractam; id est, fe-
mentidiam genituram affulam, atque Annæ
utero retentam, foetum sanctissimum rationali
anima informatum. Hoc scilicet rerum orde-
ne, ac vicissitudine, ut prima luce diei octa-
væ Decembris femina SS. Parentum Joachi-
mi, & Annæ in utero materno comprehen-
sa, atque retenta ita fuerint divinitus robo-
rata, atque supernaturali Dei concursu pec-
uliariter adjuta, ut intra eandem diem, suc-
cessivè quidem, sed celerimè, factum il-
lud corpusculum præparaverint, & organiza-
verint, quo sic animam rationalem à Deo
tunc creatam acceperit. Quam existimatio-
nem latè ille probat, & illustrat, ut videre
licet, & cordato cuivis applaudere.

conceptione,
sed celeberrimam
intra
mensis De-
cembris die.

592 Huic sententiæ assimilis est illa B. Ama-
dei, sive potius S. Archangeli Gabrielis, in
sua Apocalypsi, Raptu 4. Corpus Mariæ (ait
ibi Gabriel) non fuit in icu oculi formatum,
& animatum, sicut corpus Filii ejus, quod unie-
batur tunc, cum formabatur, divinitati. neque
tamen tantum temporis expectavit, sicut cor-
pora aliorum expectant; sed in brevi tempo-
re, nobis coassistentibus, illud Joachimi mun-
dissimum semen transmissum est in utero Annæ,
& disposita, & omnino mundata cellula illa,
& sanguine ipsius Anna puriore, & perfectio-
re, ministerio nostro, segregato, purificato, &
in ipsa cellula reposito, & semini Joachimi
unito; illi sanguini, ultra mellissimum calorem
influentiam, nos multa disponendo addidimus;
ita ut longè & incomparabiliter citius caro il-
la, & vena, atque nervi cum ossibus plasma-
rentur; ita quod quæ in aliis perficiuntur in
multis diebus, facta sunt omnia IN SEX HO-
RIS. Tunc Deus noster magnus, & potens crea-
vit animam perfectam. Et quidem signatum hoc
sex horarum tempus, intra quod Deipara per-
fectissimo corpore, & anima fuit donata, pau-
lò post consummatum ab Anna, & Joachimo
matrimonium, mihi maxime arridet; quia tam
per se verisimile videtur, quam ad mysterium
apertissimum. Verisimile, quia revelationes illas,
priorum, ac doctorum hominum suffragiis pro-
bati legas, & eas præsertim, quæ universè
ad Beatam Virginem spectant, quæque in to-
ta illa Apocalypsi frequentes sunt, tum fa-
cræ Scripturæ, tum SS. Patrum doctrinæ
conformes. Quod verò ad mysterium atti-
net, illud est, quod pergratam reddit eam
revelationem, quodque Mariæ dignitatem ma-
ximè commendat: videlicet in prægrandi hoc
sex horarum opere Mariano, miro modo conti-
neri pulcherrimæ mundi machinæ creatio-
nem, sex diebus absolutam, horis pro diebus
suffectis; quasi in ingenti hac orbis molitio-
ne longè admirari, plus voluit majorem Vir-
ginis fabricam in utero materno; plus voluit
exaron hoc, quam illud Hexameron reve-
renti. Sed hoc seorsim infra expendemus com-
modius.

S. Amadei
sententia
asserentis
intra sex
horas for-
matum Dei-
paræ corpus,
& anima-
tum.

In Mariam
sex horarū
opere conti-
netur Mun-
di creatio
sex diebus
absoluta.

593 Illud hinc deduxerim, vel ex hac
Granadi, & Amadei sententia, maximam,
inter formationem, & informationem corpo-
ris Mariani, & Dominici similitudinem appa-
rere cum debita dissimilitudine. Fuit enim
utraque formatio celerima, & præfestina-
ta, adstante utriusque infinitâ Dei virtute
per peculiarem concursum supernaturalem;
sed longè velocior, uti urgentur, Christi
exitit conceptio, quam Virginis; illa men-

Similitudo
maxima in-
ter forma-
tionem cor-
poris Domi-
nici, & Ma-
riae.

S. Thom.
Ratio, cur
momentanea
fuerit Chri-
sti conceptio.

mentanea in temporis puncto, hæc verò
successiva, sed celerimè sex horarum spa-
tio absoluta. Ut enim S. Thomas 3. p.
quæst. 33. a. 1. loquens de formatione cor-
poris Christi: Si ante formationem perfectam,
aliquod tempus conceptionis præcessisset, non
posset tota conceptio attribui Filio Dei, quæ non
attribuitur ei, nisi ratione assumptionis. Et ideo
in primo instanti, quo materia adunata perve-
nit ad locum generationis, fuit perfecte forma-
tum Corpus Christi, & assumptum. Et per hoc
dicitur Filius Dei conceptus, quod aliter di-
ci non posset. Sapienter, & Theologicè. Nam
si quid per intervallum temporis in utero
Virginis conceptum esset, vel illud nondum
statim fuit à Verbo divino assumptum, an-
te perfectam formationem, & animæ crea-
tionem; vel fuit assumptum. Si non assump-
tum, sequebatur illud nondum fuisse Filium
Dei, atque adeo Virginem Matrem non conce-
pit Dei Filium; sed aliquid aliud. Si
verò assumptum; igitur Verbum divinum
dixeris prius factum esse embrionem, aut
aliquid simile, quam hominem? Quæ quàm
aliena sint à vera Theologia, nemo non
cernit. Necessum ergo fuit, ut Spiritus
sanctus, nihil ex sacro Virginis sanguine fa-
bricaretur, quod non esset Filius Dei; & ut
Filius Dei nihil sibi prius uniret, quod non
esset homo; & ut Virgo nihil primò conce-
peret, quod non esset Verbum Incarnatum.
Quæ omnia, ut vera sint, exigunt necessa-
rio, ut Christi corpus momento temporis fue-
rit conceptum, formatum, animatum, assump-
tum. Cæterum in Beatæ Virginis concep-
tione, cum tam velocis formationis ratio non
inveniatur, quæ totam Filii ejus concep-
tionem tantopere festinavit, lat erit ad illius com-
mendationem, & similitudinem singularem in-
ter utriusque corpusculi efformationem, quod
supra naturæ leges celerimè sex horarum
spatio, Marianum corpus sit absolutum &
animâ rationali donatum.

Non eadem
ratio in cor-
poris Maria-
ni forma-
tione, & ani-
matione, re-
peritur.

Sententia
autem
momentanea
quoque fuisse
Deiparæ
conceptionem.

594 Verum - enim - verò, cum magna me-
um animus subiret cupido majorem inve-
niendi similitudinem inter corporis Maria-
ni, & Dominici formationem, & informa-
tionem; occurrit summæ eruditionis vir è
nostra Familia, qui veram illam, & Mariæ
dignam sententiam (ut ipse ait) doctè, ac piè
ruetur; quæ statuit corpus Deiparæ unico
momento absolutum, ut in Christo accidit; ita
ut octava die Decembris, & integris ferè men-
sibus novem, antequam illa nasceretur, cor-
pus virgineum ex materia consuetæ generatio-
nis conceptum fuerit) formatum, summa per-
fectione, & anima rationali instructum. Pro
hac sua existimatione refert Doctorem Pari-
siensem Philippum Malli an. 1488. Cui etiam
subscribunt innumeri Doctores ex Hispanien-
sibus Academicis, in quibus non semel hæc
opinio prælo mandata, pro assertionem princi-
pe propugnata est. Est enim valde probabi-
lis, inspectis testimoniis auctorum & firma-
mentis rationum productis ab eo Theologo.
Qui immeritò pro se adducit P. Jacobum
Granado; cum hic successiva actione Virgine-
um corpusculum uno die conformatum
censeat.

Subtilis Sco-
ti testimo-
nium expen-
ditur pro
præfata
sententia.

595 Posset ille pro sua opinione subtilem
Scotum in medium proferre, qui in similem
cogitationem incidit, dum de formatione B.
Virginis differeret 3. sent. dist. 3. ad calcem
P. Ildeph. de Flores in Ecclef.

1. quæstionis. Ubi, ut objectiunculam illam
depelleret, quæ à promiscua generationum
libidine communes fodante conceptiones,
vulgò solet opponi; dilinxit inter concep-
tionem femininam, cui (nondum cretâ animâ)
libidinem concedi posse responderet, & concep-
tionem naturæ (quando anima creatur)
cui libidinem adfuit negat. Neque hac con-
tentus distinctione, & reipositione, continen-
ter adjecit: Et dato quod in conceptione semi-
num, fuisset creatio animæ, non fuisset aliquid
inconveniens, gratiam tunc fuisse infusam ani-
mæ, propter quam anima non contraxisset ali-
quam infectionem à carne in libidine semina-
ta. Addit rationem Scotus, quam pro opi-
nionem illius Theologi avidissimè quispiam ar-
ripuerit. Sicut enim post primum instans Bap-
tismi, potuit manere infectio corporis, contra-
cta per propagationem, cum gratia, in anima
mundata; ita potest esse in primo instanti, si
Deus tunc creavit gratiam in anima Mariae.
Subtiliter, ut Scotum decebat. Sensus est:
Finge animo, B. Virginis corpus, & proge-
neratum, & articulatum, & animâ sanctâ in-
formatum fuisse primo atque eodem tempo-
ris instanti: quantumque fuerit propagan-
tium libido, nihil vel animæ, vel Mariano
corpori profus offererit, quominus ab eo-
dem conceptionis momento divinam gratiam
exprelerit. Urget exemplo infantis, cui ni-
hil obest conceptionis libido, etiam post Bap-
tismum mansura, quominus in primo Bapuf-
matis puncto gratiam adipiscatur: ita potest
esse, ait, in primo instanti (generationis pri-
mæ, & animationis, de qua sermo erat) si
Deus tunc creavit gratiam in anima Mariae.
Qui subtilem noscat styllum, putabit Scotum
affirmasse quod supra dedit: & dato quod in
conceptione, &c. nempe simul & generatio-
nem corporis humanam, & divinam Marianæ
animæ creationem fuisse peractam: qui exem-
plum etiam, quo utitur Scotus, sedulo ex-
pendat, haud longè aberit, ut arbitretur, ani-
mam illam Virgineam nequaquam fuisse affu-
sam materiæ generationis adhuc fluitanti, &
informi: propterea enim cum infante recens
baptizato contulisse Mariam in primo vitæ
momento à parentibus procreatam & à Deo
sanctificatam; ut non minus diceret illam tam
corpore quam anima tunc fuisse excultam,
quam puella quæpiam sit formosissima reci-
ti baptizate expiata. Quod autem Scotus
conditionaria usus est formula: Si Deus tunc
(in primo illo instanti) creavit gratiam in
anima Mariae; vel prudentiæ vel modestiæ
vertendum non minus sapienti Doctori, quam
religioso, qui primus vereretur statuisse sen-
tentiam, quam & audientibus minimè id tem-
poris persuadendam cerneret, & præcipuè
immunitatis causæ fortassis obfuturam, utpo-
te quæ tam novis fulciretur adminiculis. His
de causis & duplici solutione argumentum
diluit; & secundam hanc noluit certus affir-
mare, insinuasse contentus. Ecce disertissimo
illo Theologo auctorem dedi haud novitium
novæ sententiæ propugnatores. Nunc, in-
tactis relictis illius fulcimentis, alias in ejus
gratiam, & doctorum concionatorum usum,
probationes ex sacris litteris aggredior.

Scotus.